

Arist. H. A. l. 4. c. 2. **Sexus.** De *Sexu* ita Aristoteles. Distinguitur a foemina mas duabus particulis candidis, quas ipse peculiares habet in carne pectoris, sed ab ipsa discretas tum colore, tum concretionem, similes sepium promulcidi. Vorticosae hae sunt, quemadmodum buccini anfractus, quem Graeci *μήκωνα*, id est, papaver vocant: Oriuntur eae ab acetabulis, quae sub extremis sunt pedibus. Est etiam in pectore caro rubra, sanguinis colore, quae tamen attrita dilabatur, neque similis carni sit. Ab eo meatu, qui in pectore buccini refert speciem, alia est sinuatio funiculi crassitudine, sub qua duo, quaedam sunt appendices intestino arenacea genitali semini destinata. Atque haec mas habet. At foemina ova ibi, colore rubra, quae annexa ventri, atque utrinque ad latus intestini, ad carnosas usque partes, membrana tenui continentur.

Generatio. Coeunt more quadrupedum romingentium, scilicet, ut foemina caudam supinam exponat, mas suam superimponat et applicet; et coeunt ineunte vere juxta terram, et cum ficus maturefcunt.

Antipathia. Inimicitias cum Labrace exercent, et a Phycide ac Lupo comeduntur. *Aelian. H. A. l. 1. c. 30.* Quo se modo ulciscantur, apud Aelianum habemus. Cum se, inquit, interceptas sentiunt, fastidium quod

eminet a capite, quodque simile est acutissimo triremis rostro, atque in summa parte secturas habet, modo ferrulae uncinatae, hoc, inquam, animosae illae bestiolae cum incurvarint, summa laevitate saliant, et tanquam saltatorium versant orbem. Lupus ore hiantes squillam lassam comprehendit, haec in gutturi laxitate saltat, ut gula intumescat.

Ufus. *Ufus* earum et in *Cibis* est et in *Medicina*. In *Cibis* pretiosum piscem Juvenalis nominat. Apicius tanti grandisculas faciebat, ut earum gratia in Africam navigaret, cumque priusquam navi exiliret Minturensibus minores animadverteret, gubernatorem, nulla excensione facta, eadem via Italiam repetere juberet. Hodie elixantur et cum aceto comeduntur: friguntur etiam in sartagine cum oleo farina adpersa. Olim ficus foliis assatae involvebantur. Difficuler concoquuntur, stomacho nocent, et Veneris desiderium excitant. Hoc et sibi contigisse Cardanus testatur. Hecticis eximie prodesse nullum dubium. Ajunt tritas et particulae impositas, cuspidem vel sagittam, si quae infixae, singulari attrahendi vi educere. Quidam escae ad mugiles capiendos admiscunt. Illidem et lupus piscis inescatur.

Ufus.

Juven. Satyr. 3.

Athen. Diogen. l. 1.

ARTICVLVS IV.

De Squilla in specie.

PUNCTVM I.

De Squilla lata sive Urfa.

TAB. IV. 3. **4. 8. 12.** **Nomen.** Quam Squillam latam Rondeletius vocavit, hanc nos *Urfam* et quidem Aristotelis cum Bellonio et Scaligero dicimus. Ubi enim porrecta jacet, urfi corium extensum praesentat. A Squillis eam separavit Aristoteles, quod sub Squillarum nomine non notet. Neapolitani Messanenenses in Sicilia Messacaram, quali sit *ἡ μέζων καὶ εἰς*, vocant.

Descriptio. Rondeletius eam ita descripsit. Locustarum est magnitudine, sed latior, multo et magis depresso corpore et hirtio, in fronte ossa duo, utrinque unicum, in ambitu ferratum, in quibusdam acutius, in aliis latius. His

pinnae duae alligantur. Inter haec duo enascuntur cornua, initio articulatata, circa media bifida, ut ex duabus quatuor fiant, non valde longa. Brachia duo habet cum aculeis, veluti clavis eminentibus, pedibus majora, non bifida, quae in os flectuntur, quibus ori cibum tanquam pedibus admovent. Pedes utrinque quaterni sunt. Oculi parum prominent. Frons quadrata, et latior, quam in ullo Crustatorum genere. Tumores multi per dorsum sparsi sunt, ex quibus extant tubercula, quorum summa pars adeo rubet, ut carbunculos in annulorum pala inclusas dicas.

In